

V. BUCH 3 DER *INSTITUTIO ORATORIA*

**1. Gliederung des 3. Buches der *Institutio oratoria***

- 3,1 Überblick über die Theoretiker der Rhetorik
- 3,2 Ursprung der Redekunst
- 3,3 Partes rhetorices (in ‚unserer‘ Terminologie: *officia oratoris*)
- 3,4 Genera causarum
- 3,5 Thesis und Hypothesis
- 3,6 Statuslehre
- 3,7 Genus laudativum
- 3,8 Genus deliberativum
- 3,9-3,11 Genus iudiciale
  - 3,9 Partes orationis (prooemium, narratio usw.)

**2. Die Partes rhetorices (Quint. inst. 3,3)**

Inventio

Dispositio

Elocutio

Memoria

Actio

**3. Quint. inst. 3,3,14f.**

Videntur autem mihi qui haec opera dixerunt eo quoque moti, quod in alia rursus divisione nollent in idem nomen incidere. Partes enim rhetorices esse dicebant laudativam, deliberativam, iudicalem. Quae si partes sunt, materiae sunt potius quam artis.

Namque in his singulis rhetorice tota est, quia et inventionem et dispositionem et elocutionem et memoriam et pronuntiationem quaecumque earum desiderat. Itaque quidam genera tria rhetorices dicere maluerunt, optime autem ii, quos secutus est Cicero [de orat. 1,141; part. or. 70], genera causarum.

#### 4. Die Genera causarum nach Quintilian

##### 1. in negotiis

Genus iudiciale

Genus deliberativum

Genus laudativum

##### 2. in ostentatione (Genus demonstrativum)

Genus iudiciale

Genus deliberativum

Genus laudativum

#### 5. Quint. inst. 3,4,12-15:

Nobis et tutissimum est auctores plurimos sequi et ita videtur ratio dictare. Est igitur, ut dixi, unum genus, quo laus ac vituperatio continetur, sed est appellatum a parte meliore laudativum: idem alii demonstrativum vocant.

Utrumque nomen ex Graeco creditur fluxisse; nam *enkomiastikon* aut *epideiktikon* dicunt. Sed mihi *epideiktikon* non tam demonstrationis vim habere quam ostentationis videtur et multum ab illo *enkomiastiko* differre. Nam ut continet laudativum in se genus, ita non intra hoc solum consistit.

An quisquam negaverit panegyricos *epideiktikou* esse? Atqui formam suadendi habent et plerumque de utilitatibus Graeciae loquuntur, ut causarum quidem genera tria sint, sed ea tum in negotiis, tum in ostentatione posita. [...] Alterum est deliberativum, tertium iudiciale.

Ceterae species in haec tria incident genera. Nec invenietur ex his ulla, in qua non laudare aut vituperare, suadere aut dissuadere, intendere quid vel depellere debeamus. Illa quoque sunt communia, conciliare, narrare, docere, augere, minuere, concitandis componendisve affectibus animos audientium fingere.